



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LXXV. Ecclesiæ Cantvs Divina auctoritate comprobatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

ferunt, & quæ ab omnibus cum fructu audiri possint.
 3. Si cantu priuati hominis pietas impeditur, tolerabile est: quia illud tempus non priuatis, sed publicis precibus dicatum est, verum & aliorum pietas exacuitur, quod de se confitetur *S. August. lib. 9. Conf. c. 6. Nec satiabar, inquit, illis diebus (à Baptismo scilicet) dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilii tui super salutem generis humani. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces ille infuebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea astuabat affectus pietatis, & currebant lachrymæ & benè mihi erat cum eis.* Ecce testatur de se ipse *S. August.* quod Ecclesiastico cantu lux veritatis ipsius animo oborta, magis atque magis inclaruerit, eumque pietatis sensum hausserit, vt ingentè lachrymarum vim ex consolationis abundantia profuderit.

B. Augustin. sub Ecclesiæ canticis pè illachrymarum.

CAP. LXXV.

ECCLESIAE CANTVS DIVINA
auctoritate comprobatur.

§. **I**STIS eum in modum pertractatis nunc ad probandum ac commendandum Ecclesiasticum cantum accedat oratio, vbi 1. occurrit vir secundum cor Dei *Regius Psalter*, de quo *S. August. lib. 17. de Civ. Dei. cap. 14.* *Erat Dauid, ait, vir in Canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari voluptate, sed fideli voluntate dilexerit: eaq. Deo suo, qui verus est Deus, mystica rei magna significatione seruiert.* Hic igitur sanctissimus Rex & Vates non solum Psalmos composuit, & cantores instituit, qui coram arca fœderis Dominum musicis instrumentis, & modulatis vocibus decantarent 1. *Paralip. 6.* Sed & exhortatur, vt psalmis & canticis ac musicis instrumentis Deum collaudemus, vt *Psalm. 150.* quem ad-

S. Dauid spiritualium canticorum, quibus Deo suo seruauit.

Pius cantus, Dei cultus.

N 5

modum

modum & ante fecerunt Moyses & filii Iſrahel, Exod. 15. v. 1.

*Liberator no-
ſter ſacri can-
tus approba-
tor & verbo
& exemplo. ad*

§. Saluator noſter cum facti illi obuiam acclama-
rent & accinerent in die Palmarum, vt eſt Matth. 21.
Marc. 11. non ſolum non inſubuit, ſed etiam contra ca-
ſtorum & verbo lumniatores defendit. Verba S. Lucae c. 18. verſ. 33. vſq;
& exemplo. ad 41. Exemplo etiam ſuo nobis cantum commen-
dauit, quando poſt cœnam vnâ cum Apoſtoliſ gratias
Deo cecinit, nam vt eſt Matth. 29. verſic. 30. Marci
14. verſic. 26. Et hymno dicto Græcè *ὕμνους αὐτῶν*, id
eſt, cum laudem Deo ceciniffent, ipſe ſcilicet Domi-
nus, & Apoſtoli. Et hymnus ſine cantu eſſe non po-
teſt, vt docet S. Auguſtin. in *Psalm. 72. ab initio: Hymni,*
inquit, *sunt laudes Dei cum cantico.* Hymni cantus ſunt
continentes iaudes Dei. Oportet vt ſi ſit hymnus ha-
beat hæc tria laudem, & Dei, & canticum. Quapro-
pter idem ille maximus Eccleſiæ Doct̃or B. Auguſtin.
epiſt. 119. ad Ianuarium cap. 18. & habetur de *Conf. cauſa 52.*
diſt. 1. De hymniſ, inquit, & *Psalmiſ canendiſ & ipſiſ Domi-
ni & Apoſtolorum habemus documenta & exempla & pre-
cepta.* Ergo cantus & inſtitutionem, & formam, &
mandatum dedere tam Chriſtus Dominus, quam eius
Apoſtoli. S. Aug. ſententiam vſurpat *Conc. 4. Toletanum*
cap. 12. De hymniſ, inquit, & *psalmiſ publice canendi� in*
Eccleſia, & Saluatoriſ & Apoſtolorum habemus exemplum.

*Cum Chri-
ſto & Apo-
ſtoliſ pii can-
tus compro-
bationes.*

§. S. Paulus & Silas Act̃or. 16. verſ. 25. orantes laudabant
Deum & audiebant eos, qui in cuſtodia erant. Græcè *ὀρῶντες
ὕμνοι ὑμῶν*, i. e. orantes hymnoſ decantabant, & qui-
dem tam elata voce, vt eam omnes carcere conditi &
aſſeruati inaudirent Apoſtoluſ etiam Eph̃ſ. 5. v. 18. 19. 20.
Coll. 3. v. 16. Chriſtianoſ hortatur, vt *psalmos, hymnoſ*
& canticã ſpiritualia exerceant & excolant. Vnde con-
ſtat Eccleſiaſticum cantum ex Apoſtolica traditione
proueniſſe, cum iis lociſ Eccleſiaſtici cantuſ formam
præ-

pscripserit: nempe vt musicos modulos cordis chorda, non ore tantum concinerent.

C A P. LXXVI.

BEATÆ MENTES DIVINARVM

laudum cantatrices.

§. **A** Christo Domino Deo nostro & Apostolis commendare possit, quam Sancti Angeli. *Iob. 38. versic. 7. ubi eras, cum me laudarent simul astra matutina & iubilarent omnes filii Dei.* Nam & cum Angelo pastoribus Saluatoris ortum nunciante facta est, inquit, *S. Lucas c. 2. v. 13. subito multitudine militia celestis, laudantium Deum & dicentium. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Optima est hujus hymni partitio dum gloria Deo, hominibus pax assignatur. Est autem non optantium, vt sit, sed annuntiantium, quod sit, nimirum quod in altissimis, hoc est, in cælo parta Deo, & materia glorificandi Deum præbita est Angelis ob natum Saluatorem. Et in terra pax est hominibus cum Deo, qui sunt bonæ voluntatis, quibus Deus bene vult, & qui Deo bene volunt. Et *S. Fulg. sermon. de S. Stephano. Gloria in excelsis Deo heri exultantes sancti Angeli cantauerunt: hodie Stephanum laudantes in suum consortium susceperunt.* Vnde & ista verba dicuntur hymnus siue Canticum Angelorum, vt manifestum est ex *Conc. 4. Tolet. can. 12. ex Thelesphoro de Cons. dist. 1. can. 46. & docter W alfridus Strabo in lib. de rebus Eccles. c. 22.* Et Ecclesia natalitio Saluatoris die, præstat ad Magnificat: *Hodie in terra canunt Angeli.* Quæ autem angelico hymno subjunguntur: vt, *laudamus te, benedicimus te, &c.* quidam tribuunt Hilario Pictauiensi Episcopo, alii Symmacho Papa. Illud probabilius quod ab Apostolis sit concinnatus, siquidem integer fere extat apud *Clementem* *clor.* *l. 7. Constit. Apostolic. c. 48.* & vt in Missa decantaretur, insti-

Quis totius
in Missa
Cantici Glo-
ria in excel-
sis Deo, an-
chor.